

confessores virtute Bullæ Cruciate quã habet
 pœnitentes, & virtute suorum priuilegiorum
 Apostolicorũ posse absoluere pœnitentes à cen-
 suris extra Sacramentũ Pœnitentiæ. Et in Ex-
 plicatione Bullæ. §. 9.

¶ Sed est dubium, An per Bullã de Cena Dñi
 renocentur nostra priuilegia, quæ concedunt
 absolui, & posse absoluere à casibus indicta
 Bulla cõtentis: Cũ quolibet anno ille proces-
 sus cêsurarum de nouo promulgetur cũ noua
 reseruatione prædictorũ casuũ, & cũ maximis
 censuris contra absoluentes ponendo ibi ex-
 presse nõ obstantibus priuilegiis &c. etiã or-
 dinibus Mēdicatibus cõcessis, & aliis sufficĩ-
 entibus derogatoriis. P. a Vera. in Cõpen. in
 dico absolutio. 3. Dubio. 6. respõdet q̄ licet
 sit verũ q̄ per dictũ processum de Cena Dñi
 tollatur nra priuilegia & alia quęcũq; quibus
 posset fieri absolutio à casibus ibi reseruatis,
 at vero quia ille processus non est nobis authẽ-
 tice intimatus nec publicatus cũ illa solẽnita-
 te que requiritur ad tollẽda priuilegia nra que
 possidemus cũ sigillo, & robore authentico :
 ideo quo vsq; sit nobis publicatus, manent nra
 priuilegia firma quia publicatio ipsius in vno
 quoq; Episcopatu requiritur ad reuocationem